

HYMNI DE S. POTITO

Ex Officio proprio monasterij S. Potiti Neapolis. (1)

I.

O Stella Christi fulgida,
Potite Martyr inclyte,
Obscura culpae nubila
A mente nostra discute.
Tu clarus inter Martyres
Fulges, ut inter sydera
Sol, ac ut inter candida
Ligustra carent lilia.
Luces ut ardens lampada,
Humana lustrans pectora;
Vt sal per orbem spargeris,
Humana siccans vulnera.
Non sic Potite cynnama
Attrita spirant, moribus
Vt tu modestis, florida
Aestate, fragras seculo.
Post clara mortis funera
Illustris inter Angelos
Tanto resulges lumine
Quanto per orbem nomine;

Hymnus ad Matutinum.

II.

Hymnus in 1. Vesperis.
Claret Eois puer ortus oris,
Claret illustri patre, claret alta
Matre, quid mirum quod in urbe clar.
Clareat infans?
Id magis mirum, quod ab axe claro
Sol cum Christus potiore luce
Inter atratas rutilum tenebras;
Traxerit ad se.
Vt rosam e spinis, veluti coruscum
Sidus a terra nebula Potitum
Traxit infantem pius auctor orbis.
Matris ab alvo.
Traxit ut vero sibi sole nato
Bruta despectet simulachra: tripo
Numine ac uno potiatur, omni
Quo calet aestu.
Martyr o mi, dum frueris Tonante,
Virgines curae tibi sint, quotannis
Festa condentes tibi: dexter adsis
Dum sacra complent,
Dum tibi dulces modulanter hymnos,
Thura dum sacrasadolent per aras,
Dum parant lycnos, et olente fanum
Flore coronant
Dum crocum, calthas, violas, ligustra,
Cum rosis nardum, thyma cum marino
Rore, sic dextra, ut calatho per aedem
Vndique spargunt.

A Dei regno pie Martyr audi
Virginum suspiria; cerne fletus,
Vota, singultus, ut odora deser
Lilia Iesu.

Summa laus uni Triadi per aevum,
Quae velut parvo tribuit Potito
Lauream, nobis prece donet eius
Gaudia Divum.

III.

Potite Martyr inclyte,
Dum sacra redditis annuo
Ritu colenda Virginum,
Adsis choro psallentium.
A Solis ortu pullulas
E stirpe pravi germinis,
Velut rosarum flosculos
E stirpe dura veprum.
Parente natus ethnico,
Afflatis aura Spiritus,
Quo falsa calces numina,
Crucis trophyum provehis.
Cupressus, ut crinitulo
Viburna praestat vertice;
Virtute sic tu parvulus
Præcellis omnes maxima.
Non sic, Potite, cynnama
Attrita spirant, moribus
Vt tu modestis, florida
Aestate, fragras seculo.
Tu praedicator promptulus
In urbe fulges propria,
Iesum parenti praedicas,
Fidemque pandis civibus.
Laus Vnitati triplici,
Pro qua Potitus sanguine
Fuso, potitur Marthyrum
Palma, in columbae imagine.

IV.

Iesu decora coelitum
 Corolla, Iesu Martyrum
 Spes, cerne nos, dum militis
 Tui canamus praelium.
Antiphonae ad nocturnum.
 Cur Antonine perfuris,
 O Caesar angue dirior,
 Leone saevo saevior,
 Cur bile turges vitrea?
 Non sculpta adorat marmora,
 Nec ligna credit numina,
 Aurum Potitus despicit,
 Nec thura libat belluis.
 Dura contemnit verbera,
 Teturque spernit carcerem,
 Nec voce blanda flectitur,
 Minas nec horret efferas.
 Flagella sicut lilia
 Sumit, et illa dedicat
 Deo flagranti pectore,
 Sicut rosarum flosculos.
 Olor nec albus gestiens
 Aquas subintrat vitreas,
 Olivum ut intrat bulliens,
 Amore Iesu, parvulus.

V.

Phoenix ut inter cynnاما
 Exusta fit vivacior,
 Sic hic lebete servido
 Mersus, resurget fortior.
 Potitus instar Angeli
 Factus fide fortissimus,
 Numen Minervae despicit,
 Iovique thura denegat.
 Cunctis est aequa regula,
 Dulcore firmat debiles,
 Virtute fortes roborat,
 Utrosque amore confovet.
 O miles, o fortissime
 Athleta Iesu, sanguinem
 Dum corpus unda profuimus,
 Ad astra mittis spiritum.
 Sic torquet victor aurca
 Collum venustus saucium;
 Sic morte vitam laureas,
 Vita triumphans perpeti.
 O ter beate parvule
 Qui sufferendo laurea
 Donaris, o quam strenue
 Mortem triumphus mortuus!

VI.

Hymnus ad Laudes.
 Ingens Dei potentia,
 Et Martyris Victoria,
 Crudelis ira Praesidis,
 Et belluarum mititas!

Quaecumque saevit dentibus,
 Cornu, vel ungue bellua,
 Ad Martyris vestigia
 Vt mitis est ovicula.

Tormenta sic amplectitur,
 Vt grata coeli munera,
 Sic blandimenta respuit,
 Vt dira mortis vulnera.
 Per haec, Potite, pignora,
 Quae Iesu ultro contulit
 Sacris roga Virgunculis
 Cendentis Agni nuptias.

Post quem canendo gestiant
 Plenis oliva lampadis,
 Odora dent vaccinia,
 Stolis amictae candidis.

A vanitate seculi
 A carnis aestu lubricae
 Et a maligno daemone
 Has tu, Potite, libera.

Deo sit uni gloria,
 Qui nos ab omni protegat
 Malo, precatu Martyris,
 Ac regna det coelestia.

ANTONIO MOTTOLA

SAN POTITO MARTIRE di ASCOLI SATRIANO

Storia e Culto

